

los, uidiſti non alijs me inſtructum fuiſſe libris, quàm unico hoc
 uolumine. Vnde quoties res poſtulabat, Siderũ motus, ad quæ-
 uis temporum momenta, non tantum ſupputabam, uerum inde
 etiam rationem petebam exponendarum geneſeon, & tractan-
 darum cõuerſionum tum mundi, tum natiuitatum. Hæc nanq̃
 omnia, in unam corporis molem coegi, nihil præteriens eorum,
 quæ ſeruire propoſito noſtro uifa ſunt. Nemo autem arbitretur
 me capitis mei tantum adferre ſomnia, ſecutus Ptolemæũ ſum,
 Alfonſum, & Gentilem noſtrum illum Ioannem Regiomonta-
 num. In iudiciaria porrò arte, præter Latinos, non adſpernan-
 dos quoq̃ duxi eſſe Saracenos, illos præcipue, in quos nonnul-
 li Astrologiæ laudem penè deriuant totam. Iam putauĩ in per-
 cenſione ueterum obſeruationum, neutiq̃ prætermittenda etiã
 eſſe, quædam iuniorum experimenta. Et quæ ipſe partim longo
 prognosticandi uſu didici, partim conſecutus ſum à diſciplinæ
 huius cultoribus, in uarijs meis luſtrationibus, potiffimum Cra-
 couiæ in Sarmatis, Romæ, & in nobilioribus Galliarũ noſtræq̃
 Germaniæ Academijs. Et uiam quanq̃ in hunc modum ſydera-
 lis ſcientiæ amatoribus aperui. Nunq̃ animus fuit mihi tamen
 ædēdi in publicũ, coaceruationes tam tumultuarias, quas quod
 inter docendum magna ex parte ſint natae, Lectionũ Astro-
 micarum Titulo inſcribere nuper libuit. Vellem aut̃ quenquam
 oriri alium, potius q̃ me, qui in hoc artium genere, noſtrorum
 in primis Vendelingij Sprengeri, Ioannis Virdungi Regienſis,
 & Ioannis Marcelli Schumannij affectibus inſeruiret, conſule-
 retq̃ ipſorũ indiſtriæ, quibus ſi per alios ſatiſfieret, ſicq̃ adeò tu,
 duos illos Genethliologiæ libros, quos hortatu meo, ſcribere iã
 pridem cœpiſti, abſolueres, ſanè meas ipſe libens ſupprimerem
 uigilias. Nunc quia noſtri quaſi ſecurus, ſtudijs intentus es, ad
 Principis tui Aulam congruentioribus, neq̃, ut uideo, pergis in
 eo, de quo ſpem ipſe iam dudũ ſtudioſis pleriq̃ feci. Fit ut ami-
 ci illi noſtri ad operis mei æditionem urgere non deſinant. Ipſe
 aut̃ propenſa uoluntate gratum hac in parte illis facerẽ, ſi tantũ

b 3 eſſet